

Porrò dixit πίσει, id est concoctione, & non πεπάνσει, id est maturatione: quoniam concoctio, communior & vniuersalior est. maturatio enim propriè competit fructibus, vt infra quoque commodiore loco planius docebitur. Præterea per καρπὸν quod est fructum, nõ solum intellexit semen: sed etiam carnem fructuum, quam alibi περικάρπιον appellat. nam hæc quoque per concoctionem mutat colorem. Porrò plantæ, fructus, pili, pennæ, & reliqua huiusmodi, certis temporibus, certisque ætatibus variant colorem, vt pòst fusius de clarabitur. nam Aristoteles libro de historia Animalium, ait ficedulam hyeme in atricapillam mutari. sic capilli & pili mutantur pro ætate, in homine, & præcipuè in equo. & pennæ auitum, alia ætate, alios induunt colores. quinetiam plantæ vetustescentes nigricant.

DE COLORVM INFINITATE

CAP. III.

» **Δ**εῖ δὲ μὴ λαμβάνειν τὸ πολυειδές, κὴ τὸ ἄπειρον τῶν
 » χρωμάτων, ὅτι πῶσα συμβαίνειν γίνεσθαι. διήρησο-
 » μεν γὰρ, ἢ τοι ὅτι τῷ φωτὶ κὴ ταῖς σκιαῖς ἀρίστως
 » κὴ αὐτομάτως ταῖς κρᾶσεις λαμβάνεσθαι. κὴ γὰρ αἱ
 » σκῆαι κὴ τὸ φῶς κὴ τὸ εἶ μᾶλλον κὴ ἡ ἴσον, πολὺ διαφέ-
 » ρουσιν αὐτῶν. ὥστε κὴ καθ' αὐτάς, κὴ μετὰ τῶν χρωμά-
 » των μίγνυμενα, ποιοῦσι μεταβολὰς χρωμάτων. ἢ τῷ
 » τὰ κεραυνίμεια, τῷ πλῆθει κὴ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν.
 » ἢ τῷ λόγῳ ἔχειν μὴ τοῖς αὐτοῖς. πολλὰς γὰρ κὴ τὸ ἀλόγῳ
 » γὰρ ἔχει καθ' αὐτὸ διαφορὰς, κὴ τὸ φοινικῶν, κὴ εἰ λελυκῶν.